poſtquam typis edi debuit, celeberrimo Nomini Tuo inſcribendam duxi; causâ ejus rei Tibi percognitâ; in publicum nunc cognoſcendâ. Tantâ nimirum humanitate, tamque inſigni benevolentiâ me ſtudiaquè mea hactenus proſequere, ut ingratiſſimus haberi merear, nì coram orbe prædicem: eo maximè ſcripto, cui ad magnum Principem aditum parans, fores ad celebritatem favente manu aperuiſti. Sed & gratè recordor adhuc jucundiſſimi illius Tui conſortii, dum in valle Hebron converſantes Philoſophiæ indulgeremus, vivido irrorantis ætheris nectare perfuſi. Ex illo enim ſermonum commercio, Darmſtadii dehinc producto,

http://digital.slub-dresden.de/ppn356365107/8